



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Speculum Veritatis Et Justitiæ: Repræsentans Pacem &  
Æquitatem Principis, Veritatem Facti, Et Juris Evidentiam  
Oppositum Caliginosæ Lampadi, Tribus Braxatoriæ  
Hildesiensis Pro Principe, Capitulo ...**

**Hildesheim, Anno 1691.**

Ad vidiciarum Authorem Præfatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38415**

wieder auffgewärmter Kohl / ein Samfon exoculatus / seiner Augen und Stärke beraubt / nicht eine Sonne / sondern eine dunckle Lampe.

*Præstolabar lucem & eruperunt tenebra.* Job. 30. v. 26.

Eine lächerliche Geburt der grossen Berge ;

*Parturiunt montes , nascetur ridiculus mus.*

Nicht eine Fels ; sondern lauter Erieb - Sand ; Keine veste Mauer / sondern ein schwaches Geschir / nicht ein starcker Löw / sondern ein armer kleiner Igel seye / überall in seine Stacheln der Schmah - Schänd - und Laster - Wort verwickelt / umb seinen scheußlichen Leib damit zu bedecken / man hat an etlichen Stellen über die Unartigkeit seiner eingebildeten Philosophischen Subtilitäten lachen müssen / und sich höchst verwundert / wie er zu Zeiten gegen sich selbst streite / wie er einerley Sophismata auff allerhand Weise und Form zu wenden und zu drehen wisse / man hat gleichwohl sich auch nicht enthalten können über seine Kühnheit sich zu entrüsten / die er gegen die hochlöbl. Ritter-schafft dieses Stifts gebrauchet / und Dero-selben gleichsam ihren Adel in Disput ziehen will / wie er kalt und warm auß einem Maul blaset / eine Sach / so intrinsecè mala & fordida seyn soll / an einem lobet / am anderen tadelt / man hat sich geärgert über den blinden Eifer / welchen er wieder seinen eigenen Lands-Fürsten / und seine Erb- und Grund - Herren so unbesonnen - als straffbahrer Weiß aufgesetzt / und daher eine Nothdurfft zu seyn crachtet / in diesem Truck zwar bloß das Haupt - Werk vorzustellen / jedoch zu End desselben eine kurze Anatomie der ganzen Vindicien mit anzufügen / und zuvorderst eine kleine Borrd an den Autorem in Latein hiebey zusehen / deren Auslegung aber an seine Clientes ihme selbst zu überlassen.

## AD VINDICIARUM AUTOREM P R Æ F A T I O.

**A**ffari te lubet *Vindiciarum* , quæ obrepserè nuper , Autor famosissime , Hildesienſium Privilegiorum non indiferte , & si Dis placet , peritissime Glossographe (a) Glossographe inquam , nisi cum emortuis innitäre argumentis , Censorius te Cato accensere debeat iis minüs veri amantibus Philosophis , quos mortuaria appellabat glossaria (b) nuper ut tenebricosus iste *Vindiciarum* tuus partus *Lucem* vidit , visus es accendisse Lampadem , sed caliginosam , quæ *Lucis* loco nihil nisi Cimmericas , quibus veritatem obtegere es conatus , attulit tenebras , minimè protulit *tanquam lucem justitiam* (c) accendisti Lampadem , sed licet Cleanthis oleat oleum , caliginosa tamen est , quod ejus vario , & ancipiti fulgore , imò fumantibus radiis nulla in *Lucem* erumpit , nec erupit , nec erumpet veritas , eâ ratione , sicut lunæ radiis non matureſcit Botrus (d) Lampas videri potest iste tuus liber , sed Lampas talis , quæ è numero earum est , quas descripsit Natura

- (a) Dieser Nahm gebührt dem Autori *Vindiciarum* , weisen er in der Antwort / so er seinen Beylagen vorgesehet / also schreibt : *Also will man seine bey die Beylagen gemachte Glossen examiniren.*
- (b) Gellius lib. 18. cap. 7.
- (c) Sunt verba Autoris deprompta ex Psalmo , præmissa operi *Vindiciarum*.
- (d) Trita è Plato. *Parœmia*.



indagator Plinius (e) Hæ Græcis Bolides seu faces Aëriæ : Latinis ignes sunt fatui noctu apparentes : ab aliis capræ saltantes compellantur. Quot in libro tuo folia, tot penè sunt bolides, cum nihil nisi inane & aërium afferas : Tot in libro tuo sunt ignes fatui, tot capræ saltantes, quot infipida sine solidæ rationis sale argumenta. Projecisti in libro tuo *Vindices* (quis non timeat?) ampullas (f) quid mirum? Amystin patriam (Breyhanium vocant) ejusque coquendæ affectata jura tuebare : ampullis opus esse arbitrabare ; sed heus vir optime, quid vase famio fragilius? quid tuis vindiciis futilius? Miramur, quod cum passim dicaris vir doctus, prudens, disertus, secunda loquens in tempore : jam in re injustâ inscitæ facundæ comicum agas : Ehodum paucis te volumus : *Lux* afferri non potest, ubi res densis immersa est tenebris : ubi crassa palpatur falsitas, inde *Lux* oriri nequit *meridiana*. Quocirca ad condolendum movisti animos nostros, quod nobilem illam tuam eloquentiam eâ in re prodegeris, cui, cum inani fuce sit illita, nunquam addi poterat vividus veritatis color. Tui nos tangit commiseratio, quod tuam, quam multi laudant multis, jurisprudentiam in re injustâ : tuam aliâs fat commendatam sapientiam in infipido negotio : tuam, quâ alioqui quid solidum eruere soles, eruditionem in rudi mole : tui ingenii, cui sanum ingenitum esse ajunt, judicium, aciem in obtusis erroribus : gravissimam tuam authoritatem, quâ apud Senatam, populumque Hildesiensem flores, in inani Lampadis caliginosæ fumo vendere attentaris. Compatimur tibi erudite *Vindex*, quod tale venditaris oleum, quo operam perdi necessum erat; ibique ingenio tuo, quod aliâ in cote potuisset acui, esse volueris Oedipus, ubi hebes nunc dicere Davus, immo verò Oedipus; sed non is, qui intricata solvit ænigmata; sed qui oculos sibimet eruit, intellectus aciem obtundit, rationis *Lucem* spontaneâ eclipsi obscurat. Tu novus Alexander nodos voluisti gordios solvere, & vincula ea dilacerare, de quibus in paradoxis ita Cicero: **JUS ET ÆQUITAS VINCULA CIVITATUM.** Hoc jus, hæc æquitas est Principi tuo, quæ tu ambo licet proscindere incassum coneris, sunt tamen vincula, quibus Hildesienfis Civitas suo est obstricta Principi, quibus dissoluta urbs constringi, quibus subditi Domino uniri debent.

Caliginosam à te Lampadem accensam, nec à te prolatam *tanquam lucem justitiam* ferimus. Caligas, quod, cum *Vindex* es Monopolicæ pravitatis, eum *Vindiciis* tuis impetis, cui tu, & omnes Hildesienfium Patricii obsequiosissimum Homagium, debitum obsequium debetis, & debitam debent omnes omninò Urbis tribus servitutem & reverentiam. Nimis temerè insultarunt *Vindiciæ* tuæ illi Principi, qui tibi habet imperitare, & sociis tuis civibus velut ingratis subditis concessam olim libertatem adimere potest, quo pacto Tiberius Cyzicenos acceptis Privilegiis insolescentes eâdam exiit (g) Caligas, dum Cathedrale Capitulum, non ex flore tantum Nobilitatis; sed etiam ex Ducibus, Principibus, & Electoribus Imperii constitutum, cui juramento obstringeris, tibi quodammodo vis submittere, & hoc Collegium omnî subjecto

(e) Plinius lib. 2. cap. 26.

(f) Desumpta vox ex illo versu Horatii, de arte Poëticâ,

*Projicit ampullas, & sesquipedalia verba.*

(g) Alexander ab Alexandro lib. 4. cap. 10.



subjecto Senatu illustrius, è quo tuus Princeps eligitur, quòdque vacante Sede vicibus ejus fungitur, ad sortem Hypodidascalorum, vis redigere. Tu Clerum Catholicum & Equestrem ordinem palam tuis scriptis naso suspendis adunco, quasi tibi satis non foret posticà illudere famiã. Sed caligas, quòd ea, quæ in Clero Catholico & Nobilitate dente Theonino rodis, in tuis Senatoribus & verbi Ministris ubique, plenis buccis prædices. Heus Poëtæ monitum ausculta:

*Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis.*

*Cur in amicorum visis tam cernis acutum? (h)*

Caligas, quòd, dum paucas vindicare vis viduas, non pupilli suscipias partem, nec tueare, sed opprimas viduas, quæ in Diœcesi complures, & verè viduæ sunt. Crocodili elicis lachrimas, quibus ad tuum Breyhanium attrahere conaris plebem Diœcesanam, ut paulo post syrtis Patrimonii, & partarum multo labore opum vorago foret Hildesium: Verùm dum tu tuis *Vindiciis* magnes esse desideras, ecce opponitur tibi SPECULUM VERITATIS ET JUSTITIÆ: Hoc Speculum Theamedes erit (i) qui ferreas tuas *Vindicias* respuet, earumque affectatas rationes proscribet ad Garamantas & Indos. Paucis multa. Caligas, quia, quod plures Principes, quamplurimi Comites, innumeri Nobiles, omnes penè Clerici exercent in imperio, quod superiores permittunt subditis, quod subditi bonâ altioris dignitatis veniã agunt, id tu singularis Dictator soli Urbi Hildesienfi, braxatorum tribui vis arrogare; parùm sollicitus, an ad incitas redigantur alii, dummodo ditescant tui. Hem vos Poëtæ: è novo cerebro nova Pallas. In omnibus itã procedis, ut tuam in figmentis agilitatem, in contradictionibus debilem memoriam, in Logicã obtusam argutiam, in Dialecticã stupida Sophismata, in Brocardicis miseri tui juris miseram facundiam, in specialibus juris decisionibus indigentiam & sterilitatem, in allegandis Doctoribus depravatam fidelitatem ostendas. Adimet caliginem olidæ Lampadi hoc VERITATIS ET JUSTITIÆ SPECULUM: Intuere tu, & tota Hildesienfis Civitas: inspice & fac secundum exemplar quod tibi monstratum est. (k) secundum veritatem, quæ ostenditur. Nulla hïc sunt Archimedeæ Problemata: sola & illustris *Veritas* est scripta IN PACE ET ÆQUITATE. (l) Si veritati huic ausus fueris nigrum præfigere Theta. (m) Hoc futurum scies, ut Gamma persequatur exoticum tuæ Dialecti Beta. Inspice speculum, ut veritatem videas, inspice, & vale.

(h) Horatius lib. 1. sermon. Satyrã tertã.

(i) Lapis est apud Plinium lib. 36. cap. 16.

(k) Exodi 15. versu 40. seu ultimo.

(l) Symbolum Celsissimi Principis Hildesienfis.

(m) Persius.